



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Cassianus Ep. Et Mart. 13. Augusti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

13. Aug. VITÆ SANCTORUM. 501  
Ab hoc aliàs nunc ad nascentis cunas,  
nunc ad patientis tormenta spectanda  
cùm evocata esset, Crucis deinceps si-  
gno ita usà est, ut contra morbos A-  
lexiteriorum, contra orci minas Pano-  
pliæ vicem esset. Jam moriens uti è terris  
cum purpurato senatu summum Pont. ita  
cælis cum candido virginum agmine vir-  
ginum Reginam, & cum hac summum  
Numen ad se pertraxit ; itaque in cælo  
fuit, antequàm fuit. Ex Surio.

Sanguine Agni servatur domus à per-  
cussione Angeli : & aquâ maris rubri ex-  
tinguntur inimici, que sunt mysteria  
Christi. Hieron. super Luc.

S. CASSIANUS EP. ET MART.

13. Auguſti.

P Ulchriūs longè CASSIANUS post  
Pontificatum, quem apud Brixentas  
gesserat, quàm post Regnum olim Dio-  
nysius, ludum in foro Cornelii exul ape-  
ruit, non ignarus has demum illas esse  
rasas tabulas, è quibus nec senectus mo-  
res expungat, quos olim infantia in-  
scripsit. Sed heu ! quoties juventus in-  
dignum tuis Doctoribus Minerval in-  
grata persolvis ? Rapitur ecce ad judices  
CASSIANUS, & impietatis in Deos  
damnatus pueris traditur excarnifican-  
dus. Nulla mora. Convolant velut ad fe-  
rias literarias pessimè feriati, & ad pœ-

I i 3

nas

502 VITÆ SANCTORUM. 13. Aug.  
nas magistrum nudem discipuli vocant.  
Pars tabulas capiti illidunt franguntque,  
pars graphiis, nunc punctim, nunc ver-  
io stylo cæsim invadunt, vulnera iden-  
tide convitiis interpolantes. Alii nunc  
demum sibi literatum videri præcepto-  
rem clamare ; alii rogare, num rubrico  
hæc placeret ? num amplius fatis latusque  
stylus esset ? sàtne acutum foret epigram-  
ma , quod exararent ? Alii denique  
hortari se mutuò , ne otiosi essent ; hoc  
præceptoris semper unicum preceptum  
fuisse, nunquam stylum ponere, semper  
aliquid scriptitare. Et fortè unus è turbâ  
aliquis : Ingrati non erimus CASSA-  
NE magister , multas fateor tibi de-  
bemus , sed , hem ! quas accepimus  
omnes reddimus , & cum fœnore , pla-  
gas. Quæ rebat interea per mille vul-  
nera exitum ingens anima , nec repe-  
riebat , usque dum omnia in unum con-  
fusa victrici in cælum viam fecerunt.  
*Ex Prudent.*

Spem tuam omni horâ in Deo pone , &  
quidquid tibi accesserit , sive bonum sive  
malum , ex toto corde semper dic , Deus in  
adjutorium meum intende. Si vis salvus  
esse , versicolor iste de corde tuo non rece-  
nat ; cum ipso dormi , & cum ipso vi-  
gila. S. Aug. serm. I, de Iejun.

S. RA-